



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

X. V. possit Sacerdos pro voluntatis libito infontes damnare, & fontes
absoluere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Posſuntne Sacerdotes pro voluntatis
libito infontes damnare, & fon-
tes absolvere?

Quaestio
X.

In absoluendo magna debet esse Sacerdotii *Responsio.*
circumspectio, vt non facile quenquam ab-
soluant, nisi illum peccati poeniteat, animi-
que dolorem aliquo exteriori explicet signo:
Quia solui ab homine non potest, qui prius
à DEO suscitatus non est. Tunc enim, vt
inquit Gregorius, vera est Absolutio Sacer-
dotis, cum superni arbitrii sequitur Iudicis.

CHRISTVS Mariam Magdalenam,
omni scelerum genere irretitam, non absol-
uit, nisi post lachrymas, & animi contritio-
nem; & Dauid audire non potuit à Propheta
Nathan; Dominus transtulit peccatum tuum,
nisi postquam ipse ingenti cum dolore con-
fessus est se peccasse. Ligandus est itaque primus
peccator, & Poenitentiae legibus subiucien-
dus, postremo à peccatorum vinculis absol-
uendus.

Luc. 7.
2. Reg. 11.

Infontes verò damnare, & fontes non poe-
nitentes absolvere, Ecclesiae clavis non valet.
Ligandum enim est (vt scribit Clemens
Martyr) quod oportet ligari, & soluendum,
quod expedit solui.

Clem. epi.
1. ad Iaco.
frat. Dom.

Apostoli, vt ex Nicena altera Synodo ap-
paret, damnant Presbyterum, qui conuersum,
& poenitentem peccatorem non recipit, &
absol-

Can. Apo.
§ 1. citatur
à Nicena

absol-

Caput VI. De Ministro

Synod. 2. absoluit, ita enim scribunt: Si quis Presby-
act. 1. Ve- ter eum, qui à peccato conuertitur, non rece-
rùm cita- perit, sed reicit, deponitro; siquidem Chri-
tur p Can. stum offendit, qui gaudiū in cœlo super pec-
53. catorem resipiscentem oboriri dixit.

Luc. 15. Et B. Hieronymus reprehendit Episco-
Hier. super pos, & Presbyteros, qui vel damnant, vel ab-
Matt. c. 16. soluunt immeritos.

*Questio XI. Debētne Sacerdos imperfectè do-
lentem absoluere?*

Respōsio. SI quis imperfectè doleat, & hęc doloris in-
sufficiētiā confiteatur, Sacerdos nul-
lo modo debet talem absoluere, patet mani-
festè, quia in forma Absolutionis: Ego te ab-
soluo ab omnibus peccatis tuis, fictionem
committeret, pronuntians se peccata remit-
tere, quibus tamen pœnitens adhuc manet
obligatus.

Item, qui scit imperfectionem doloris sui,
peccat peccato sacrilegij, petendo Absolu-
tionem; Ergo multò magis Sacerdos absol-
uens: Nā quòd aliquis obiicere possēt, omnes
in Confessione dicere, se nō habere dolorem
sufficiētem; Respondetur, quòd ita confi-
tentur propter suspicionem, quam habent,
vel etiam propter animi humilitatem. Si au-
tem scirem me imperfectè dolere, nec debe-
rem perere Absolutionem, nec Sacerdos de-
beret absoluere. Confessio autem secundum
S. Tho.